

dire, ge-
natorum
Deni-
tis igni-
torosas
laminis,
ustulatas,
vorant.
corpus,
perten-
ute in-
& ferve-
nervos
t hebeti
rumper
s carpo.
em in-
usta suæ
ro con-
m non

pauci è Patribus Societatis pertulere.
Hanc porro extrahunt in multos dies ;
utque novis cruciatibus tristis victima
suppetat, intermittunt eosdem ali-
quandiu, donec ad extremum fatiscant
corpora, & concidant. Tunc è pectore
cor avellunt, torrent subjectis prunis ; &
cruore conditum juvenibus avidè come-
dendum objiciunt, si captivus suppli-
ciorum acerbitatem generosè fuerit
perpeffus : ut viri fortis, inquiunt, mas-
culum robur juvenus bellatrix com-
bibat. Laudatur qui rogum, cultros,
vulnera, irretorto vultu aspexerit, &
exceperit : qui non ingemuerit, qui
risu cantuque tortoribus illuserit : nam
canere tot inter mortes, amplum ac
magnificum esse putant. Itaque can-
tilenas ipsi multo ante componunt,
quas capti, si fors ferat, recitent.